

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XI

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

becillis. Quare ipsum tibi incorruptum corruptit aliena. Iuglandes quidem in eo servant naturam. Peculiariter enim humiditatibus resistunt oleagine; at Ficus Persica, Pyra, Mala, tabo fluida sunt. *Scaliger.* Exerc. 179.

## C A P U T XI. D E I R I D E.

T Hautmanis filiam dixerit Iridem Poëta; demissis ad terram cornibus, aquam haurire creditur yetustas. Hinc illud Virgilii 1. Georg. vers. 138.

*Et bibit ingens*

*Arcus.*

*Propertius vero lib. 3.* *Purpureus pluvias cur bibit arcus aquas.*

Colores ejus tam exacti, ut vix artifici possit exprimere manus. Cœruleus aquæ indicium quod præteriti exprimere dicitur, ignis alter, quod futurum est. *Strabo citante Rhodig.* Tres & aliquando plures in ea fieri posse existimat Albertus. Dum sit in Meridie, à nobis conspici nequit. Nec enim Iridem video aliquis ultra tria millia passuum. Nusquam sit ascendentे nube, semper vergente ad imum. Illo enim modo non rotat sed cum defluit. *Rhodig. l. 22. l. 12. c. 7.* A Lunariis radiis fieri negat *Celius*, comprobat *Scalig.* Exer. 80. s. 11. In Insula S. Thomæ, inquit, si antecesserit pluvia fieri à Luna Iridem cuius color sit quasi alba nebula. Talem *Combachius* anno 1609. mense Iunio Oxonia videt; anno vero 1599. media æstate post ingentia fulgura Wittebergæ. *Sennertus* l. 4. Epitom. c. 9. Quatrum ad influxum ab Iridis incubatu odoratores reddi plantas tradunt nonnulli. *Scalig.* Exer. 81. s. 7. Damnat Cardanus: sed tamen vix rideendum: Nam & ad jugi clivum se demissæ nubem vidiç *Scaliger.* & *Arist.* ipse id asserit, de iis præsertim quæ natura sua flores fundunt odoratores. Matutinam promittere tempestatem: vespertinam serenum, nautæ & agri-

& agricolæ observarunt. Causa in nubem crassitudine exoneratam aquatum, ratione posterioris ponitur; in plenitudinem nocturni humoris ratione prioris reji-cienda videtur. Sed hæc animi gratia, in medium à Scaligero adferuntur. Neque enim leve est incerta rei certas adferre rationes. Scalig. Exerc. 81. s. 12.

## C A P U T . X I I .

D E M E T E O R I S  
quibusdam admirandis.

O Stentorum veniunt nomine, quæ & in vicinio aëte, & in sublimiore illo Siderum cœlo, perpetuo orbium circumvolutionibus. Dei iuslī insolenter accident. Varietatem, non vetusta solum sed & recentia observarunt tempora, D E V S, & priores quædam effingunt Angeli, format & impius nonnulla. Casparus Peucerus in Theratoscopia. Anno 1532 non procul ab Oeniponte miræ visæ sunt imagines. Camelus erat primus, flamma circumdatus in orbem: altera lupus flammarum evomens, & flammeo orbe septus. Sequebatur hunc Leo, cui vir cataphractus, in montium stans aditum, blande contrectabat jubam, blanditi hic vicissim videbatur. Iohannis Duci Saxoniz, & Electoris mortem, hæ præcessere picturæ. Arbor primò erat marcida & everfa; Expeditus hinc eques, truncatam ramis gestans arborem, tum magna & atra crux in densa nube. Tandem ex ea fulmen visum est excuti horribile, ingenti cum sonitu. Anno 1534. tertia die Iulii, in oppido Schleswich, à meridie cœlo sereno, conspecti in aëre Leones, ex locis diversis ad conflandum concurrentes. Cataphractus his assistebat hastam quatiens. Iacuit non procul ab equite humatum caput sine trunco, imperatorio ornatum diametate. Modico post intervallo, apri caput aculeatum visum, & duo Dracones ignem vomentes. Vnicæ deinde & amplissimæ urbis effuslit imago ad

